

Incipit capitulum quintum.

Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum ihesum christum. per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus et gloriamur in spe glorie filiorum dei. Non solum autem sed et gloriamur in tribulationibus. scientes quod tribulatio patientiam operatur. patientia autem probationem. probatio vero spem. Spes autem non confundit. quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.

Postquam apostolus ostendit necessitatem gratie christi quod si ne ea nec cognitio veritatis gentibus nec circuncisio et lex iudeis profuerunt ad salutem. **Hic incipit commendare virtutes gratie.** Et circa hoc duo facit. Primo ostendit que bona per gratiam consequamur. secundo a quibus malis per eam liberemur ibi. Propterea sicut per unum hominem etc. Circa primum duo facit. primo proponit modum perveniendi seu vitam qua venimus ad gratiam. secundo ostendit bona que per gratiam consequimur ibi. Et gloriamur in spe glorie etc. Circa primum duo facit. primo exhortatur ad debitum gratie usum. secundo ostendit nobis gratie adiutorem. Per quem accessum etc. Dicit ergo primo. Dicitur est quod fides reputabitur omnibus ad iustitiam credentibus resurrectione christi que est causa nostre iustificationis. Iustificati igitur ex fide in christum scilicet per fidem resurrectionis effectum eius participamus. habeamus pacem ad deum scilicet subiciendo nos et obediendo ei. Job. 22. Acquisce igitur et tu habeto pacem Job. 9. Quis resistit ei et pacem habuit. Et hoc per ipsum christum dominum nostrum qui nos ad istam pacem perduxit. eph. 2. Ipse est pax nostra. Unde subdit per quem christum accessum habemus scilicet tanquam per mediatorem. per matrem vero. 2. Mediator dei et hominum etc. eph. 2. Per ipsum accessum habemus ambo in uno spiritu ad patrem. Accessum in quo in gratia ista id est in statu gratie. Jo. primo gratia et veritas per ipsum christum facta est. In qua id est per quam gratiam non solum resurreximus a peccatis. sed etiam stamus firmi et erecti per affectum in celestia. ps. Stantes erant pedes nostri. Ideo hos autem surreximus et erecti sumus. et hoc per fidem per quam scilicet gratiam consequamur non quod fides precedat gratiam cum potius per gratiam sit fides. eph. 2. Gratia estis salvati per fidem. scilicet quod primus effectus gratie in nobis est fides. Deinde cum dicit gloriamur in spe glorie etc. ostendit que bona nobis per gratiam proveniunt. Primo dicit quod per gratiam habemus gloriam spei. Secundo quod per gratiam habemus gloriam dei ibi. Non solum autem Circa primum tria facit. Primo ostendit magnitudinem spei in qua gloriamur. secundo eius vehementiam ibi non solum autem etc. tertio eius firmitatem ibi. Spes autem non confundit etc. Magnitudo autem spei considera tur ex magnitudine rei sperate quam ponit dicens. et gloriamur in spe glorie filiorum dei. id est ex hoc quod speramus nos adepturos gloriam filiorum dei. Per gratiam enim christi adepti sumus spiritum adoptionis filiorum dei ut dicitur. infra. 8. sap. 5. Ecce quomodo copulati sunt inter filios dei filii autem debetur hereditas patris infra. 8. Si autem filii et heredes hec autem hereditas est gloria quam deus habet in seipso. Job. 4. Si habes brachium ut deus etc. et huiusmodi spes indita est nobis per christum. prima per. primo. Regene

rauit nos in spem vitam per resurrectionem ihesu christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem etc. Et hec gloria que in futuro in nobis complebitur interim nunc in nobis impleatur per spem infra. 8. Spe salvi facti sumus. ps. Gloriantur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Deum de cum dicit. Non solum autem etc. ostendit vehementiam huius spei. Qui enim vehementer aliquid sperat libenter sustinet propter illud etiam difficulta et amara sicut infirmus si vehementer sperat sanitatem libenter bibit potionem amaraz ut sanetur per ipsam. Signum ergo vehementis spei quam habemus propter christum est quod non solum gloriamur de spe future glorie. sed etiam de malis que pro ipsa patimur. Unde dicit. Non solum autem gloriamur scilicet in spe glorie sed etiam am gloriamur in tribulationibus per quas ad gloriam pervenimus. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum celorum. Jac. primo. Omne gaudium existimate fratres mei cum in temptationes varias incideritis. Et cum ostendit inter dicens scientes etc. ubi quatuor per ordinem ponit quorum primum est tribulatio de qua dicit quod tribulatio patientiam operatur. Non quidem sic quod tribulatio sit effectiva sed quia tribulatio est materia et occasio exercendi patientie actum infra. 12. In tribulatione patientes. secundo ponit patientie effectum cum dicit Patientia probationem. ecc. 2. In igne probatur aurum et argentum. homines vero receptibiles in camino humiliationis. Manifestum est enim quod detrimentum alicuius rei de facili sustinetur propter rem quam magis amamus. Unde si aliquis in rebus corporalibus et temporalibus patienter sustinet propter consequenda bona eterna sufficienter ex hoc probatur quod talis plus amet bona eterna quam temporalia. Sed contra id quod hic dicitur Jac. primo. Probatio fidei vestre patientiam operatur. Dicendum est autem quod probatio dupliciter potest accipi. Uno modo scilicet quod est in probato. et sic probatio est ipsa tribulatio per quam homo probatur. unde idem est dictum quod tribulatio patientiam operatur et quod tribulatio probat patientiam. Alio modo accipitur probatio pro probatum esse. Et ita accipitur hic quod patientia probationem operatur quia ex hoc quod homo patienter tribulationem sustinet redditur iam probatus. tertio subditur unum dicens. Probatio vero spem. scilicet operatur quia. scilicet per hoc quod aliquis iam probatus est potest de eo spes haberi et ab ipso et ab alijs quod ad hereditatem dei admittatur sap. 3. Deus probavit illos et invenit illos dignos se. Sic igitur de primo ad ultimum patet quod tribulatio viam parat ad spem. Unde si aliquis vehementer gloriamur de spe consequens est ut de ipsis tribulationibus glorietur. Deinde cum dicit. Spes autem non confundit ostendit huiusmodi spei firmitatem. Et primo ponit eam dicens. Spes autem hec quam speramus gloriam filiorum dei non confundit id est non deficit nisi homo ei deficiat. Ille enim dicitur a spe sua confundi qui deficit ab eo quod sperat. ps. In te domine speravi non confundar in eternum. ecc. 2. Nullus speravit in domo no et confusus est. secundo ibi quia caritas dei etc. ponit certitudinis spei duplex argumentum quorum primum est ex deo no spiritus sancti. secundum ex morte christi. ibi. Et quid enim christus etc. Dicit ergo primo ex hoc possumus scire quod spes non confundit quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Caritas dei autem dupliciter accipi potest. Uno modo pro caritate que diligit nos deus. Jere. 31. Caritate perpetua dilexi te. Alio modo potest dici caritas dei qua nos deum diligimus infra. 8. Certus suus quod neque mors neque vita, separabit nos a caritate dei. Quare autem caritas dei cordibus nostris diffusa est per spiritum sanctum qui datus est nobis. Spiritus enim sanctus qui est amor patris et filii datus nobis est nos adduci ad participationem amoris qui est spiritus sanctus. Et quod est participatio efficitur dei amatores. Et

Ad Romanos

hoc q̄ ip̄m amam⁹ signuz est q̄ ipse nos amet. puer. 8. Ego diligētes me diligo. Nō quasi nos p̄mo dilexerim⁹ deū sed q̄si ipse prior dilexit nos vt dicit. p̄ma Job. 4. Dicitur autē caritas qua nos de⁹ diligit in cordib⁹ nostris diffusa esse qz est in cordibus n̄ris patenter ostensa p̄ deū num sancti sp̄s nobis impressum. p̄ma Jo. 3. In hoc sci mus q̄m̄ manet in nobis de⁹ ⁊c. Caritas autē qua nos de⁹ um diligit⁹ dicitur in cordib⁹ nostris diffusa. i. quia ad om̄s mores ⁊ actus aīe p̄ficiendos se extendit. nā vt dicit p̄ma cor. 13. Caritas patiens est benigna est ⁊c. Ex vtroq; autē intellectu hōr verborū cōcluditur qz spes nō cōfundit. si enim accipiat caritas dei qua nos diligit deus. manifestuz est qz hīs q̄s diligit seipsuz nō negabit. deut. 33. Dilexit populos d̄s sancti in manu illius sunt. Similit̄ etiā si caritas dei accipiat quā nos deū diligimus. manifestuz est qz se diligentib⁹ bona eterna p̄parauit. Jo. 14. Si quis diligit me diligetur a patre meo. ⁊c.

Lectio tertia.

Ul quid enim xp̄us cum adhuc infirmi essemus secunduz tempus pro inuicis mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur. Nāz pro bono forsitan q̄s audeat mori. Commēdat autē caritatez suaz de⁹ in nobis. quōz si cum adhuc peccatores essemus secundum tempus xp̄us pro nobis mortuus est. multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius. multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non soluz autem sed ⁊ gloriamur in deo per d̄m nostrum ihesū xp̄m per quē nunc reconciliationem recepimus.

Post q̄ apostolus ostendit firmitatem spei per donuz sp̄m sancti hic ostendit idem per mortē xp̄i. Et primo pro ponit questionem. secūdo ostendit difficultatem ibi. Vix enim pro iusto ⁊c. tertio determinat questionem veritatez ibi. Commēdat autē suā caritatez ⁊c. Dicit ergo primo dicitur est qz spes nō confundit. quod quidez apparet hoc cōsiderāti. Et quid enim xp̄s cū adhuc infirmi essemus. i. infirmitate peccati. p̄s. Miserere mei d̄ne quoniam infirmus sum. Nam sicut per corporalem infirmitatem dissoluitur humoz debita armonia. ita etiā per peccatū debet⁹ ordo affectionum excluditur. Cum ergo adhuc infirmi essemus xp̄us mortuus est pro impijs p̄ma pe. 3. Xp̄us semel pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustus. Et hoc scdm̄ tempus id est vt certo tempore in morte moreretur die scz tertia surrecturus. Mat. 12. Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus. ⁊ trib⁹ noctibus sic erit filius hominis in corde terre. Hoc ergo magnum est si cōsideremus quis mortu⁹ sit. Magnū etiam est si considerare mus pro quib⁹ est mortuus. Nō potest autē esse vt tā magnum quid fiat nisi p̄pter aliquem certum fructum scdm̄ illud. ps. Que utilitas in sanguine meo dum descendo i corruptionē. quasi dicat. Nulla si nō sequat⁹ humani generis salus. Deinde cū dicit. Vix enim pro iusto ⁊c. ostēdit p̄dicte questionis difficultatē ex parte eoz pro quib⁹ xp̄us mortuus est. i. pro impijs dicēs. Vix enim quis id est aliquis mortu⁹ pro hoīe iusto liberando. quinnimo vt dicitur. p̄sa. 57. Iust⁹ p̄t ⁊ nō est qui recogitet i corde suo ⁊c. Ideo dico. vix moritur. Nā forsitan quis. i. aliquis ra-

tus ex zelo virtutis audeat mori p̄ bono homine. Rari enim est p̄pter hoc qz est maximū. vt em̄ dicitur. Jo. 15. Maiorem hāc dilectionem nemo h̄z ⁊c. Illud autē quod xp̄us fecit vt quis moriat⁹ p̄ impijs ⁊ iniustus nunq̄ inuenitur. Et ideo merito admirādum est quare xp̄us hoc fecerit. Potest autē ⁊ aliter legi vt p̄ iusto intelligamus aliquem in virtute exercitatū per bonum autē hominē innocentem. Et quis scdm̄ hoc iustus sit prestantior bono. t̄m̄ pro iusto vix aliquis moriet⁹. Cuius ratio est qz innocens q̄ per bonum intelligit⁹ magis miserandus videt⁹ p̄pter defectum etatis vel alicuius huiusmodi. Iustus autē qz perfectus est ⁊ absq; defectu nō habet in se mīe maliciā. Quis autē aliquis moriatur p̄ innocente potest ex compassioe misericordie puenire. Sed qz aliquis moriatur pro iusto prouenit ex zelo virtutis q̄ in paucioribus inuenit⁹ q̄ mīe passio. Deinde cum dicit. Commēdat autē ⁊c. respōdet premisse questionē. Et primo ponit responsonē. secundo ex hoc arguit ad propositum ibi. Multo ergo magis. tertio ostendit necessitatem p̄sequentez ibi. Si enim cui inimici ⁊c. Dicit ergo primo. Questum est quare xp̄us p̄ impijs mortuus est. Et ad hoc est responso qz per hoc deus suam caritatem cōmendat in nobis id est per hoc ostendit se nos maxime diligere. q̄si si cum adhuc peccatores essemus xp̄us mortuus est pro nobis. ⁊ hoc scdm̄ tempus sicut supra expositum est. ipsa autē mors xp̄i pro nobis caritatem ostendit dei quia dedit filium suuz vt pro nobis satisfaciēs moreretur. Jo. 3. Sic deus dilexit mundum ⁊c. Et ita sicut caritas dei patris ad nos ostenditur per hoc qz spiritum suum dedit nobis vt supra dictum est. ita ⁊ p̄ hoc qz dedit filium suum vt hic dicitur. Sed in hoc qz dicit cōmendat. immensitatem quādam diuine caritatis as signat. que quidem ostenditur tum ex ipso facto quia scilicet dedit filium suum vt moreretur pro nobis. tum ex parte nostre conditionis quia hoc nō fecit prouocatus nostris meritis cui⁹ adhuc peccatores essemus. ephē. 2. Deus q̄ diues est i misericordia p̄pter nimiam caritatē qua dilexit nos cū essemus mortui peccatis cōiustificauit nos xp̄o ⁊c. Consequenter cū dicit. Multo ergo magis ⁊c. concludit propositū ex premissis dicēs. Si xp̄us pro nobis mortuus est cum adhuc peccatores essemus multo magis uiuificati nunc in sanguine ipsius sicut supra tertio habitū est quem proposuit deus propiciatorum per fidem per sanguinem ipsius salui erimus ab ira id est a vindicta damnationis eterne quam propter peccata homines incurrūt. Ma. 3. Semina viparum quis demonstrauit ⁊c. Deinde cum dicit. Si enim cum inimici ostendit necessitatē p̄dicte consequentez que procedit a minori ad maius afirmando. Et est ibi obseruanda duplex comparatio minoris ad maius. Una quidez ex parte nostra. Alia ex parte xp̄i. Ex parte quidem nostra comparat inimicos reconciliatis. Minus enim videtur qz aliquis bene faciat inimicis q̄ iam reconciliatis. Ex parte xp̄i comparat mortez vt ⁊c. Potentior enim videtur vita eius q̄ mors. quia vt dicitur. 2. cor. ultimo. Mortu⁹ est ex infirmitate scilicet carnis nostre. sed viuit ex virtute dei. Et ideo dicit ratione cōclusum est qz multo magis uiuificati salui erimus per ip̄m Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo. et hoc per mortem filii eius. multo magis iam nos reconciliati salui erimus. ⁊ hoc in vita ipsius. Est autē considerāduz qz homo dicitur inimic⁹ deo dupliciter. Uno modo quia contra deum inimiciā exercet dum eius mandatis renititur. Job. 15. Accurrit aduersus deum erecto collo Alio modo per hoc qz deus homines odio habet. nō qui dem secundum ipsum quod fecit quia quātum ad hoc dicit Sap. 11. Dilexisti oīa ⁊ nihil odisti ⁊c. sed quātuz ad hoc qd̄ in hoīe inimic⁹ hō. i. dyabol⁹ fecit. i. q̄tum ad p̄ctū

Sap. 14. **S**icut odium sit deo impletur. Et ecc. 13. **A**lissimi odium habet peccatores. Subtrahit inimicitie causa. peccato per christum sequitur reconciliatio per ipsum sedem cor. 5. **D**eus erat in ipso mundo reconcilians sibi. **P**ecatum autem nostrum sublatum est per mortem filii eius. **C**irca quod considerandum est quod mors christi tripliciter considerari potest. **U**no modo secundum ipsam rationem mortis. **E**t sicut dicitur. Sap. primo. **D**eus mortem non fecit in humana natura. sed est per peccatum inducta. **E**t ideo mors christi ex communi ratione non fuit sic deo accepta ut per ipsam reconciliaretur. quia deus non letatur in perditione vinorum. ut dicitur sap. primo. **A**lio modo potest mortem christi considerari secundum quod est in actione occidentium que maxime deo displicuit. **U**nde contra eos petrus dicit. Act. 3. **N**os sanctum et iustum negastis et petistis homicidam. **U**nde mors christi sic considerata non potest esse reconciliatio. sed magis indignationis. **T**ertio modo potest considerari secundum quod precessit ex voluntate christi patris que quidem voluntas informata fuit ad mortem sustinendam tunc ex obedientia ad patrem. phil. 2. **F**actus est obedientis patri usque ad mortem. tum etiam ex caritate ad homines eph. 5. **D**ilexit nos et tradidit se pro nobis. **E**t ex hoc mors christi fuit meritoria et satisfactoria pro peccatis nostris. et in tantum deo accepta quod sufficit ad reconciliationem omnium hominum etiam occidentium christum ex quibus aliqui sunt saluati ipso orante quoniam dicitur Luc. 23. **I**gnosce illis quia nesciunt quid faciunt. **U**nde inde cum dicit. **N**on solum autem. **U**ndit que bona iam in re consideramus sequimur per gratiam dicentes. **N**on solum autem gloriatur in spe glorie quam in futuro expectamus. sed in deo id est in hoc quod sumus. etiam nunc deo coniungit per fidem et caritatem. primo cor. 1. et 2. cor. 10. **Q**ui gloriatur in domino. **E**t hoc quod dicitur de omnibus nostris in ipsum christum per quem etiam nunc in presenti tempore reconciliationem accepimus. ut de inimicis facti sumus amici. Col. primo. **P**er eum placuit reconciliari omnia. **P**ossit autem et continuari cum eo quod dicimus est salui erimus in vita ipsius a peccato et a pena et non solum salui erimus a malis sed etiam gloriatur in deo id est hoc quod erimus idem in futuro cum ipso. Jo. 17. **E**t sicut unum in nobis sicut et nos unum sumus.

Lectio tertia.

Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et per peccatum mors. et ita in omnes homines mors pertransiit. in quo omnes peccaverunt.

Postquam apostolus ostendit que bona per gratiam christi consecuti sumus. hic sequenter ostendit a quibus malis per eam liberemur. **E**t circa hoc tria facit. **P**rimo enim ostendit quod per gratiam christi liberati sumus a servitute peccati. secundo ostendit quod per gratiam eius sumus liberati a servitute legis. 7. ca. ibi. **A**n ignoratis fratres. tertio ostendit quod per gratiam christi liberamur a damnatione. 8. ca. ibi. **N**ihil nunc damnationis. **C**irca primum duo facit. **P**rimo ostendit quod per gratiam christi liberamur a peccato originali perituro. secundo ostendit quod ea tunc regimur contra peccata futura ibi. **Q**uid ergo dicemus. **C**irca primum duo facit. **P**rimo agit de processu peccati. secundo de processu gratie destruentis peccatum ibi. **S**ed non sicut delictum. **C**irca primum duo facit. **P**rimo ponit processum peccati. secundo ostendit eius nullitatem ibi. **E**t ita in omnes. **C**irca primum duo facit. **P**rimo ostendit peccati originem. secundo originem mortis. ibi et per peccatum mors. et dicit ergo primo quod per christum reconciliationem accepimus. **I**ta enim a christo reconciliatio preedit in mundum sicut per unum hominem. scilicet per adam peccatum intravit in hunc mundum. primo cor. 15. **S**icut in adam omnes mortuuntur ita et in christo omnes vivificabuntur. **E**t autem hic considerandus est

heretici pelagiani peccatum originale in pueris esse negantes hec verba apostoli dicebant esse intelligenda de peccato actuali. **Q**uod quidem secundum eos in hunc mundum intravit per adam in quantum omnes peccatores peccatum ad imitationem sunt illud osee. 6. **I**psi autem sicut adam transgressi sunt pactum. **S**ed sicut augustinus dicit contra eos si de introitu peccati actualis qui est per imitationem hic apostolus loqueretur. non diceret peccatum per hominem in hunc mundum intrasse sed magis per dyabolum quem peccatores imitantur secundum illud sap. secundo. **I**nvidia dyaboli mors. **E**t ergo intelligendum quod per adam peccatum in hunc mundum intravit non solum imitatione. sed etiam propagatione. id est per carnis originem. viciata secundum illud eph. secundo. **E**ramus natura filii ire. et in patre. **E**cce enim in iniquitatibus conceptus sum. **S**ed videtur hoc esse impossibile quod per originem carnis peccatum ab uno in alium traducatur. peccatum enim est in anima rationali que non traducitur per originem carnis. tum quod intellectus non est actualis corporis actus. et ita non potest per virtutem corporis feminis carni ut prius dicitur in libro de generatione animalium. tum etiam quod cum anima rationalis sit quedam res subsistens ut puta per se operationem habens et corpore corrupto non corrupta. sequens est quod non generetur corpore generato sicut alie forme que non possunt per se subsistere sed potius causata a deo. **C**onsequens igitur videtur quod nec peccatum quod est accidens anime quod possit per carnis originem traduci. **A**d hoc autem rationabiliter respondetur quod licet in semine non sit anima. est tamen in semine virtus dispositiva corporis ad anime receptionem. que cum corpore infunditur etiam eius modo conformatur. eo quod omne receptum est in recipiente per modum recipientis. **E**t ex inde videmus quod filii simulantur parentibus non solum in defectibus corporalibus sicut quod leprosus generat leprosum et podagricus podagricus sed etiam in defectibus anime sicut iracundus iracundum et amentes ex amentibus nascuntur. **Q**uamvis enim pes qui est subiectus podagre non sit in semine nec anima que est subiectum ire vel amerie est tamen in semine virtus formativa corporis ad membra et dispositiva ad animam. **S**ed adducere manet dubitatio quod defectus qui ex viciata origine trahitur non habent rationem culpe. **N**on enim merentur penam sed magis misericordiam. sicut prius dicitur de eo qui nascitur cecus vel quod cumque alio modo aliter orbat. **E**t hoc ideo quod de ratione culpe est quod sit voluntaria et in potestate hominis cui culpa imputatur. **S**ic igitur si aliquis defectus in nos provenit per originem primi parentis non videtur in nobis habere rationem culpe sed penam. **E**t ideo dicendum est quod sicut peccatum actuale est peccatum persone quod per voluntatem persone peccantis committitur. ita peccatum originale est peccatum nature quod per voluntatem principij humane nature commissum est. **E**st enim considerandum quod sicut diversa corporis membra partes sunt persone unius hominis ita omnes homines sunt partes et quasi quedam membra humane nature. **U**nde et porphirius dicit quod participatio ne spiritus plures homines sunt unius homo. **V**idemus autem quod actus peccati exercitus per aliquod membrum puta per manum vel pedem non habet rationem culpe ex voluntate manus vel pedis. sed ex voluntate totius hominis a qua sunt a quodam principio derivatur motus peccati ad singula membra. **E**t similiter a voluntate ade qui fuit principium humane nature tota inordinatio nature habet culpam rationem in omnibus ad quos pervenit quantum ad hoc quod susceptivi sunt culpe. **E**t sicut peccatum actuale quod est peccatum persone trahit ad singula membra per aliquem actum personalem ita peccatum originale trahit ad singulos homines per actum naturalem qui est generatio. **E**t ita sicut per generationem humane nature trahit. ita etiam per generationem traducit defectus humane nature qui est consecutus ex peccato primi parentis. **E**st autem hic

Ad Romanos

defectus carētia originalis i iusticie que erat primo homi-
ni diuinitus collata: nō soluz vt erat psona quedā singu-
laris sed etiā vt erat principiū humane nature vt. s. eaz si
mal cuz natura in posteros traduceret. Et ideo simili mō
amissionē huius originalis iusticie p peccatū ad posteros
transmisit hntem in eis rōnem culpe rōne iam dicta. Et
ideo dicit q̄ in processu originalis peccati psona infect
naturam. s. adam peccās viciatū humanā naturā s̄ post
modum in alijs natura viciata infect psonā dum. s. genē-
to imputat ad culpā nature vitii. ppter voluntatē primi
pentis vt dictuz est. Ex hoc autē patet q̄ licet primuz pec-
catus pmi pentis p originē traducat in posteros. alia ta-
men eius peccata vel etiā alioz hominū in filios non tra-
ducunt. q̄ per solū primū peccatū sublatū est bonū natu-
re qd̄ erat per originē nature traducendū per alia. Nō pec-
cata subtrahit bonū gratie psonalis qd̄ nō trāsit ad alios
posteros. s. inde etiā est q̄ quis peccatū ade delectum fue-
rit p suā penitentiā iuxta illud. Sap. 10. **E**duxit illum a
delicto suo. nō tñ eius pnia dīere potuit peccatū postero-
rum q̄ eius pnia fuit p actū psonalē q̄ vltra eius psonā
nō se extendebat. Et ppter hoc est vnuz tantū originale
peccatū q̄ solus defecit. psequēs primū peccatū origina-
liter derivat ad posteros. Et ideo ap̄lus singulariter dic̄
per vnū hoīem peccatū in hūc mūdum intravit. nō autēz
dicit pluraliter peccata qd̄ fuisset dicendū si de actualib⁹
loqueret. Dicit autē q̄nq̄ pluraliter peccata originalia si-
cut in. ps̄. **I**n peccatis pcepit me mater mea. q̄ p̄tinet vir-
tualiter multa peccata in q̄tum ex corruptione fomitis. in
clinamur ad multa peccata. Sed videt q̄ peccatū origina-
le nō intraverit in hūc mūdum p vnū hoīem. s. adā s̄ ma-
gis per vnā mulierē. s. euan que p̄mo peccauit scdm illd̄
ecc. 2. 5. **A** muliere factū est initū peccati et p illā omnes
morimur. Ad hoc rīdetur in glo. dupliciter. Vno modo
q̄ p̄tinetudo est scripture vt genealogie nō p mulieres s̄
per viros texant sicut patz. Ma. 1. et Luc. 3. Et ideo apo-
stol⁹ hic volēs quasi genealogiā quādam peccati dīdere
nō fecit mentionē de muliere s̄ solū de viro. Alio mō q̄
etiā mulier de viro supra est. et ideo qd̄ est mulieris attri-
buit viro. P̄t̄ etiā alio mō dicit et meli⁹ q̄ cū p̄t̄m origi-
nale traducat simul cū natura sicut dicitur est. sicut p virtu-
tem actiū viri muliere materiā ministrāte natura traduc-
tur ita et p̄t̄m originale. Unde si adā nō peccasset eua
peccāte non ppter hoc fuisset p̄t̄m tractū ad posteros
Nā em̄ est cā quare xp̄us p̄t̄m originale nō traxit q̄ ex
sola femina sine virili semine carnē accepit. ppter hoc ver-
bum apli aug. rīdetur iuliano heretico in hūc modū querēs
si nō peccat iste qui nascit nō peccat iste q̄ genuit nō pec-
cat ille qui cōdidit. per quas igitur rimas inter tot p̄s̄-
dia inocētie peccatū singls ingressum. Sed aug. respon-
det quid queri latente rimā cū habeat apertissimā ianūā.
Nā scdm apostolū p vnū hoīem peccatū in hūc mūdum
intravit. Cōsequēter tāgit ingressum mortis in munduz
cū dicit. Et per p̄t̄m mors. s. in hūc mūdum intravit secū-
dum illud sap. p̄mo. **I**n iustitia mortis est acquisitio. **A**
detur autē q̄ mors nō sit ex peccato sed magis ex natura.
v̄ripote pueniens ex necessitate materie. Et em̄ corpus
humanū ex cōtrarijs cōpositum. Unde est naturaliter cor-
ruptibile. Dicendū est autē q̄ natura humana dupliciter
potest p̄siderari. Vno mō scdm principia intrinseca et sic
mors est ei naturalis. vnde seneca dicit in libro de reme-
dijs fortuitoꝝ q̄ mors natura est hominis nō pena. Alio
modo p̄t̄ p̄siderari natura homis scdm q̄ per diuinā p̄-
uidentia fuit ei per iusticiā originalē p̄uissum. Que que-
dem iustitia erat quedā rectitudo vt mens hominis esset
sub deo et inferiores vires essent sub mente et corpus sub
anima. et omnia. exteriora sub homine ita. s. q̄ q̄d̄ mēs

hominis deo subderet vires inferiores subderent rationē
et corpus anime indeficiter ab ea vitā recipēs et extero-
ra homini vt. s. oia ei fuitēt et nullū ex eis nocumētū senti-
ret. Hoc autē p̄uidentia diuina disposuit ppter dignita-
tem anime rōnalis que cū naturaliter sit incorruptibilis
debebat sibi incorruptibile corpus. sed q̄ corpus qd̄ ē ex
cōtrarijs cōposituz oportebat esse organū sensus. et tale
corpus scdm naturā suā incorruptibile esse nō p̄t̄ supple-
uit potentia diuina qd̄ de erat nature hūane dās aie d̄tu-
tem cōtinendi corpus incorruptibile sicut faber si posset
daret ferro ex quo cultellū fabricat d̄tūtē vt rubiginē nul-
lam cōtraheret. Sic ergo postq̄ mens hominis p p̄t̄m
est a dei subiectione auersa. amisit virtutē cōtinendi infe-
riores vires et etiā corpus et exteriora. et sic incurrit in se
naturalē a cāis intrinsecis et violentiā ab exteriorib⁹ nocu-
mētis. **D**einde cū dicit ita et in oēs rē. **Q**uēdit vltima-
tem huius p̄cessus et q̄tum ad mortē et q̄tuz ad peccatū
ordine tñ retrogrado. Nā supra prius egit d̄ ingressu pec-
cati q̄ est cā ingressus mortis. nūc autē prius agit de vltimate
mortis tanq̄ de manifestū. et hoc est quod dicit. Et ita
mors. s. vt p̄t̄ m̄ p̄t̄m p̄t̄m p̄t̄m i oēs q̄. s. per origi-
nem viciatā contrahit hoīes necessitatē moriendi. 2. 2.
14. **O**ēs morimur. p̄t̄. Quis est hō qui vituit rē. **D**e
de tāgit vltimate p̄cessus peccati. cū dicit in quo omnes
peccauerūt qd̄ sicut aug. dicit in glo. p̄t̄ dupliciter intel-
ligi. Vno mō in quo. i. p̄t̄m hōie vel in quo. s. p̄t̄. q̄
sc̄z eo peccāte quodā modo oēs peccauerūt in q̄tuz in eo
erant sicut in prima sua origine. Sed cū xp̄us etiā origi-
nez ex adā traxerit vt patet Luc. 3. **V**idēt q̄ etiā ipse eo
peccāte peccauerit. Ad hoc rīdet aug. sup gen. ad litte-
ram q̄ xp̄us nō omni mō fuit in adam quo nos fuimus.
nos em̄ fuim⁹ et sc̄z corpulentā subām et scdm seminalē ra-
tionē. xp̄us autē fuit in eo solū sc̄z corpulentā subām. **Q**
quidā male intelligētes putauerūt q̄ tota substantia cor-
porum humanoz que p̄t̄inet ad veritatē humane nature
fuerit actu in adam vt p̄ quādāz multiplicationē diuina
virtute factā. si qd̄ sumptū est ab adā sit in tāta quantita-
te corporū ampliātū. Sed hoc est incōueniēs opa nature
miraculo attribueret: presertim q̄ videm⁹ q̄ corpus hūa-
num q̄tum cūq̄ sit de veritate humane nature corripitur
et accipit aliā formā. **U**nde q̄ omne generabile est corrup-
tibile et cōuerso. oportet dicere q̄ materia que ante gene-
rationē hoīs sub alia forma q̄ humana fuit: formā huma-
ne carnis assumpserit et sic nō totū qd̄ est in corporib⁹ nō
s̄stris ad veritatē nature pertinēs fuit actu in eodem. sed
solum scdm originē pur. s. effectus est in p̄t̄cipio actiū
scdm hoc ergo intelligendū est q̄ cū in nostra generatio-
ne sit et materia corporalis quā femina ministrat et vis ac-
tius que ē in semine maris vtrūq̄ per originē dicitur ab adā
dam sicut in primū principū. Et ideo dicimur in eo fuisse
et scdm rōnem seminalē et scdm corpulentā subām. q̄ sc̄z
vtrūq̄ ab eo p̄cessit. **I**n generatiōe autē xp̄i fuit corpulēta
substantia quā traxit de v̄gine. loco autē rōnis seminalis fuit
virtus actiua sp̄ssantici que non derivat ab adam et ideo
nō fuit in adāz scdm seminalē rōnem. sed tñ scdm substā-
tiam corpulentā. Sic igitur nos accepimus p̄t̄m ab adā
et trabimus atq̄ naturā humanā ab eo accipim⁹ sicut a
p̄t̄cipio actiū qd̄ est esse in eo scdm seminalē rōnem qd̄
quidēz nō cōpetit xp̄o vt dictū est. **V**idetur vltari⁹ q̄ pec-
catum originale nō trāseat in oēs. q̄ baptizati a peccato
originali purgātur per baptismū. et ita videtur q̄ nō pos-
sint ē posteros p̄t̄m trāsmittē qd̄ non habent. Dicendū
est autē q̄ per baptismū homo liberat ab originali peccato
q̄tum ad mentē sed remanet peccati infectio q̄tum ad
carnem. vnde. infra. 7. dicit aplus. **E**go ipse mente ser-
uio legi dei carne autē legi peccati. Homo autē nō generat

mente carnales filios sed carne. et ideo non trāsmittit no-
uitatem xpi sed vetustatem ade.

Lectio quarta.

Usque ad legē enim peccatus erat in
mundo. Peccatum autem nō impu-
tabatur cum lex non esset. sed reg-
nauit mors ab adam vsq; ad moysen: etiā in
eos qui non peccauerunt in similitudine p-
uaricationis ade. qui est forma futuri.

Postq; aplos ostēdit originē pcti et mortis siue ingressus
vtriusq; in mūdū: hic manifestat qd dixerat. primo ma-
nifestat ipm dicitū. scdo manifestat similitudinē quā innu-
ebat dicens ibi. Propterea sicut rē. tercio exponit simili-
tudinē ibi. Qui est forma futuri rē. Dixerat autē q; pec-
catum et mors in oēs trāsierunt et hoc qdem fm expositi-
onem augi. manifestare intendit p hoc q; etiā sub lege
peccatū remansit quasi lege illud excludere non valente.
Circa qd duo facit. primo manifestat ppositū qntum ad
peccatum. scdo quantum ad mortē ibi. Sed regnauit rē.
Circa primum duo facit. primo ostendit peccatū fuisse
etiā sub lege. scdo quid circa peccatū lex fecit ibi. Pec-
catū autē rē. Dicit ergo primo dicitū est q; omnes peccau-
erūt in adā q; nec etiā lex pctm abstulit. vsq; ad legē id ē
etiā sub lege. vt ly vsq; tenet in clusue pctm erat in mū-
do qd qdē pōt intelligi et de lege nature et de lege moysi.
sicut et de pcto actuali et de pcto originali. Peccatū etiā ori-
ginale erat in puulo vsq; ad legem nature. id est vsq; ad
vsum rationis p quem homo huiusmodi leges aduertit
ps. In peccatis cōcepit me mater mea. Nec tñ cessat hoc
peccatū lege naturali adueniēte in hoīe. sed magis excre-
scit p additionem pcti actualis q; vt dicit ecci. 7. Non ē
homo iust? in terra q; faciat bonū rē. Sed si intelligam?
de lege moysi. tunc q; dicitur peccatū fuisse in mūdo vsq;
ad legem. potest intelligi nō solū de originali sed etiā de
actuali. quia et ante legem et sub lege peccatū vtrūq; p-
mansit. puer. 20. Quis potest dicere mūdū est cor meū.
Quāuis autē lex pctm nō auferret: peccatū tñ cognitionez
fecit qd antea non cognoscebatur. Unde subdit. Pecca-
tum autē nō imputabatur. Quid quidē planū est si intelliga-
tur de lege naturali. Quāuis etiā peccatū originale sit in
parulo ante legem naturalem et reputet ei a deo: non ta-
men imputatur ei apud hoīes. Si autē intelligatur de le-
ge moysi planū ē qntū ad aliq; pctā actualia q; nō imputa-
bantur ante legem sicut illa que specialiter sunt per legē
phibita. q; hoīes peccata nō reputabāt sicut qd dicit exo.
20. Non cōcupiscēs rē. Imputabāt tamē qdā peccata
put erāt cōtrā legem nature. Cū et gen. 39. Joseph legi-
tur in carcerē missus. ppter adulteriū sibi impositū. Cō-
sequēter agit de morte dicens. Quāuis peccata ante legē
nō imputarētur tamē mors scz spūalis id est peccatum vt
eterna damnatio de qua dicitur in ps. Mors peccatoruz
pestifera. regnauit id ē potestate suā exercuit in homines
duēdo eos in dānationez ab adam p quē pctm intrauit
in mundum. vsq; ad moysen. sub quo data est lex. Jo. 1.
Lex p moysen data est. non solum in eos q; peccauerunt
actualiter sed etiā in eos qui non peccauerunt in simili-
tudine puaricationis ade q; actualiter peccauit. ofee. 6.
Ipsi autē sicut adā trāsgressi sunt pactuz rē. vsq; ibi. P-
uaricati sunt in me quia etiā pueri dānationē incur-
rebāt. Potest etiā et sub hoc sēsu itelligi de morte corp-
ali p quā manifestat pctm fuisse etiā cū nō imputabāt qst
dicat. pctm autē nō imputabāt ante legē s; ex hoc dephēdit
fuisse q; regnauit mors scz corpalis. pto qdē aliq; passio-
nes inducendo puta famem et sitim. et egritudinem. et

tandem totaliter dissoluendo. etiā in eos qui nō pecca-
uerūt in similitudinem puaricationis ade. id est in pue-
ros qui non peccauerunt actuali. quoniam etiā ipi mortem
corporealem antea et postea patiunt fm illd ps. Quis ē ho-
mo qui rē. Ambrosius autē aliter ista verba exposuit scz
de peccato actuali tantum et de lege moysi. Et fm euz in-
ducuntur hec verba ad manifestandum q; per primū pa-
rentem peccatū in hunc mūdū intrauit et in omnes tran-
siuit. vsq; enī ad legem id est ante legem moysi peccatū
erat in mundo scz pctm actuale. Hoīes enim multiplici-
ter peccabāt contra legē nature. Unde dicit gen. 13. Hoīes
sodomite pessimi erant. peccatum autē nō imputabatur cū
lex non esset qd est intelligendum nō quin imputaret qst
puniendus apud hoīes cū qdā legantur ante legem puni-
ti ab hoībus pro peccatis. vt patet gen. 39. et. 4. Sed nō
imputabāt qst a deo puniendū. Tunc enī nō credebāt hoīes
q; de? diuina facta vel puniret vel pmiaret. fm illd Job.
22. Circa cardines celi gambulat nec nra cōsiderat. S; postea
lege diuinitus data innotuit q; peccata imputan-
tur a deo ad penā et nō solum ab hoībus. Et ideo q; hoī-
mines nō credebāt se puniendos a deo p pctis. libere et
absq; freno peccabāt vbi humanū iudicium nō timebāt.
Et ideo subdit. Sed mors id est pctm regnauit id ē omni-
modā suam potestatem exercuit ab adam vsq; ad moysen
exclusiue. Nam p moysen data est lex que incepti regnuz
peccati diuiniere. Incutiens timorem diuini iudicij. fm
illud deu. 5. Quis det eos talem habere mentē vt time-
ant me et custodiant vniuersa mādāta mea: Regnauit in-
q; peccatum vsq; ad moysen nō tamē in omnes sed i eos
qui peccauerunt in similitudinem puaricationis ade.
Dicit enim ambrosius in antiquis libris nō inueniri hāc
negationē. non. Unde credit a corruptorib; appositum.
Adam quippe magis credidit pmissioni diaboli q; com-
monitioni diuine. vt patet gen. 3. Et ita quādamo dia-
bolum pretulit deo. Sic igitur in similitudine puaricatio-
nis ade puaricantur ydolatre qui relicto dei cultu diabo-
lum colūt. In tales ergo mors id ē peccatū totaliter reg-
nauit. quia eos oīo possedit. Fuerunt autē ante legē moy-
